



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Cella Dei Superior, Gottes-Cell/ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

CELLA DEI SUPERIOR, Gottes-Cell / ad alterius *In-*
ferioris differentiam sic dicta, Præmonstratensis instituti præ-
 clarum ac nobile cœnobium, infra Herbipolin in Francia orienti-
 tali ad Moenum amnem situm, inchoatum ac fundatum est sub
 Embricone, Episcopo Herbipolensi, magno ejusdem cœnobia *Nortber-*
 benefactore, anno Domini 1128. decima quarta Maij, ab ipso *tus, au-*
 Præmonstratensium monachorum (qui singulari titulo ex Pon- *thor or-*
 tificia donatione Canonici Regulares exemti appellantur) patre *dis Præ-*
 ac principe Nortberto, Laudunensi apud Burgundiones Episco- *monstra-*
 po, Archiepiscopo vero Magdeburgensi, qui Lotharium Imp. *tensis.*
 Herbipolin sequutus (ubi deliberatum est de tollendo schismate, *Schisma*
 quod Romæ erat inter Pontifices Innocentium II. & Petrum *inter Pon-*
 Leonē, qui ipse se Anacletum appellarat) illic in die Paschali fa- *tifices.*
 crum coram Cæsare Lothario & aliis Imperij proceribus ac Sta-
 tibus cantans, & concionans insuper, ita in sui admirationem &
 amorem pellexit auditorum animos, ut peracta concione certa-
 tim populus munera ipsi offerens accurreret, quibus cum ipse
 non studeret nec tamen abjicienda putaret, tribus religiosi viris
 ac germanis fratribus, in S. Chilianj templo religiose Deo servi-
 entibus & Præmonstratensis recens instituti ordinis, ac vestis de-
 siderio flagrantibus, Joanni videlicet sacerdoti, Henrico & Li-
 bolpho Laicis, omne sibi illud allatum argentum & aurum tradi-
 dit, hac lege & conditione, ut hi cœnobium prope Herbipolim
 sui instituti sub se patre & primo fundatore auspicarentur. Con-
 sentit Embrico Episcopus loci, qui fundum construendi mona-
 sterij designavit & libere concessit. Norbertus, Lotharium Im-
 peratorem inde Romam etiam versus sequutus, cum plurimis
 aliis Germaniæ Episcopis & Archiepiscopis, cum ipse ibi & ora-
 tione & eloquentiæ viribus auctoritatem sibi ingentem concilia-
 ret, quæ præ cæteris omnibus Episcopis excellens, schisma pon-
 tificium præclare ac feliciter tolleret: ibi inquam titulum Prima-
 tus meruit ac Ecclesiæ suæ Magdeburgensi consequutus est
 cum ab Innocentio II. Pont. Max. tum vero ab Imperatore etiam
 Lothario, cui Norbertus iste longe erat charissimus. Privilegia-
 tum

Q3

*Unde ha-
 beat Mag-
 dentur-
 gensis Ar-
 chiepisco-
 patus ti-
 tulum*

Herbipolij
Chronologia
Monasterio
in Germania
S. III

A

Primatis
Germania.

tum & confirmatum est cœnobium superioris Cellæ à Pont. Max. Innocentio II. & Episcopo Herbipolensi Embricone. Gubernatores hujus loci præpositi appellantur, qui postea Abbates facti sunt, non equidem Infulati, sed *Benedicti & Baculati* tantum, quorum talem reperi & collegi catalogum.

Ab Præ-
positi &
Abbatos.

1. *Joannes*, patria Herbipolensis, ab ipso S. Norberto fundatore constitutus est primus novæ hujus monasticæ congregationis pater ac præpositus. Is annis præfuit quinque; Obiit anno Domini 1133. Sub ejus gubernatione cœpit anno Domini 1130. in eodem cœnobio, Embriconis Episcopi consensu, monialium etiam congregatio. Habuit enim hoc ordo iste Norbertinus initio peculiare, ut, ubi esset monachorum collegium, ibi puellarum etiam non tantum non præcul abesset, sed contigua etiam esset habitatio, ne deesset monachis costa, quam ademtam primo humani generis parenti, & postea cum multo lucro redditam eidem sciebant. Locus vero monialibus deputatus, Paradisi nomine appellatus, S. Michaëlis patrocinio suberat. Is postea in eum locum, ubi hodie est Cella Dei Inferior, paululum infra superiorem, in eadem sinistra descendenti Mœni ripa translatus est, ut infra copiosius.

Norbertini semper sibi montales quoque associant. Paradisus.

2. *Bruno*

3. *Arnoldus*

4. *Conradus*

5. *Henricus*

6. *Gabinoldus*

7. *Adamus*

8. *Tilomannus*

9. *Ber-*

Præpositi, de quibus nihil omnino in fastos relatum extat.

germanus frater Joannis, præpositi, qui anno Domini 1144. omnium cœnobii sui privilegiorum confirmationem obtinuit apud Rom. Pont. Celestinum secundum. Mortuus sepelitur in eo ipso tumulo, in quo cubabat Joannes frater. Huic tumulo tale superadditum legitur distichon hexametrum:

Nostra tibi ligæ placeat hæc, Virgo Maria,

Est fundata domus à fratribus ista duobus.

6. *Gabinoldus*, ultimus loci præpositus, primusque; Abbatis nomine & baculi jure insignitus: cui succedere postea cæteri, Abbates omnes.

7. *Adamus*.

8. *Tilomannus*.

9. *Ber-*

9. *Bertholdus*.
10. *Wolfframus*.
11. *Henricus*.
12. *Engelwertus*.
13. *Conradus*.
14. *Albertus de Richeberg*.
15. *Henricus*, qui præfuit anno Domini 1262.
16. *Henricus de Wolmershausen*, vir nobilis.
17. *Rudegerus* obiit in vigilia Ascensionis Dominicæ anno Christi 1374.
18. *Ludovicus de Stetten*.
19. *Georgius à Reinstein*.
20. *Sifridus*, qui præfuit anno Domini 1418.
21. *Joannes, à Rottelseh*, obiit anno Domini 1448.
22. *Joannes Eckardus* eodem anno rebus humanis (peste nimirum grassante in Ostrofrancis) exemptus est.
23. *Jacobus Helchen* præfuit annis 12. Obiit anno Domini 1462.
24. *Georgius Rhumel* sedit ad clavum Abbatiae 24. annis. Obiit anno 1486.
25. *Christophorus Stefferus* præfuit annis novendecim. Obiit anno 1505.
26. *Georgius Schumannus* quinque tantum annis præfuit. Obiit anno Domini 1510.
27. *Joannes Streuberus* 9. annis præfedit & vitam mortalem cum morte commutavit anno 1519.
28. *Gaspar Gotthardus* præfuit septem annis. Obiit anno Domini 1526. Vidit sua ætate à tumultuantibus agricolis diripi & exuri cœnobium suum.
29. *Leonhardus Waltzius* tribus annis fideliter præfuit, & ex hac vita abreptus est anno Christi 1529.
30. *Georgius Hoffmannus* successit Leonhardo cœnobium reedificanti. Is cœnobium totum pristinae formæ ac dignitati restituens, Abbatiam etiam construxit. Præfuit 11. annis & emi-

Chronologia
Monasterii
in Germania
S. III

emigravit ex hac mortali vita anno Domini 1540. in die S. Valeriani.

31. *Thomas Neutlinus*, ex majori Lanckhenheimio, celebri Ostrofrancorum oppidulo, oriundus, magnus cœnobii sui illustrator, successit Georgio, è rebus humanis sublato. Sedet ad Abbatiaë clavum hoc adhuc corrente Jubilæo.

E regione hujus cœnobii est non procul ab altera Moeni ripa in montanis orientalis Franciaë vetus ac dirutum castrum, Pincernarum à Rofsberg olim domicilium, unde arci hodie adhuc istud nomen est, ut Pincernarum arx appelletur. Horum

*Inferioris
Celle Cœ-
nobium.*

nobilium regulorum celebris est sepultura in inferioris Cellæ nobilium olim puellarum cœnobio, quod primum sub Paradisi nomine cœpit in superiore Dei Cella, anno Domini 1130. Postea vero prohibendorum quotidie illic emergentium scandalorum ergo, in alium est procul distitum locum translatum est. Id habuit gubernatrices magistras, quarum illustri genere natarum talem reperi catalogum.

Catalogus.

1. *D. Agnes*, Comitissa de Wertheim, decessit ex hoc seculo, anno Domini 1425.

2. *D. Agnes* secunda, ipsa etiam Comitissa stemmatis ac nominis, obiit anno Christi 1477.

3. *D. Walpurgis*, Comitissa de Wertheim, soror Agnetis secundæ, successit sorori & præfuit annis quinque, universæq; carnis viam ambulavit anno Domini 1482.

4. *D. Catharina Riedina*, nobilis herois, Ostrofranca, præfuit annis 18. Obiit in Calendis Jani, anno incarnati Verbi 1500.

5. *D. Catharina, de Vinsterlobe*, præfuit 26. annis. Decessit anno 1526.

6. *D. Anna Haberkhornina* præfuit annis tribus. Obiit anno 1529.

7. *D. Magdalena à Fronhöven*, decrepita ætate, non diu præfuit. Sub ejus gubernatione mutatum est monialium hoc cœnobium in præposituram virilis sexus monachorum, cui ad hæc nostra usque tempora Præpositi præfuerunt infra scripti.

1. Hen-

Catalogus
Præ-
posito-
rum.

1. *Henricus.*
2. *Andreas Taurus*, qui obiit anno 1539.
3. *Martinus Herbardus* obiit anno 1540. in die præsentationis Marianæ.
4. *Joannes Schonheintz* obiit anno 1546.
5. *Adamus*, patria Herbipolensis, præest adhuc currente hoc Jubilæo. Hæc ferè omnia communicavit mihi superioris Cellæ Obligarius ac Prior,
*Andreas Scultetus, honesta natus in urbe,
Accola quam Francus nuncupat Herbipolim.*

CELLA MONACHORUM, hodie Ethonis monasterium, *Ethymünster* / Benedictini instituti vetustissimum cœnobium ad Nigram Silvam prope Kentzgingum, non procul à Rheno situm, fundatum legitur annum Christi circiter 700. à Wigero vel Wigerno monacho, facto postea Ecclesiæ Argentinensis Episcopo, qui primum ei nomen indidit, ut monachorum, hoc est, solitariorum hominum & eremitarum Cella appellaretur. Cum vero post aliquot annos collapsum esset iterum, non splendide fortassis admodum inchoatum monasterium, renovatum est anno Domini 734. ab *Ethone*, Comite Habspurgio, qui & oppidum ipsum, quod ab eo adhuc *Ettenheimium oppidum* dicitur, construere cœpit. Is ejusdem sui cœnobii primus Abbas fuisse legitur, qui inde ad Episcopatum Argentinensem gubernandum evocatus, laudabiliter ibi præfuit 8. annis. Obiit anno 773. translatus ad suum tandem monasterium anno Domini 780. quod hodie adhuc ab eo Ethonis monasterium dici solet. Fuit is vir religiosus, humilis & pius, scribens se Ethonem peccatorem, indigne vocatum ad Episcopatum Argentinensem. Extat de eo & de hujus cœnobii restauratione tale distichon:

Abbatum
catalogus.

*Anno terdeno, septingentesimo, quarto
Antistes claustrum renovando condidit Etho.*
Ethoni Abbati primo successit 2. *Hildolphus*, secundus Abbas; qui postea vero præfuerunt, eorum non extat integer
R
amplius

*Chronologia
Monasterii
in Gemmat
S. III*